

Sept 1587.

66)

Illustris et Magnifice Domine: Tu verò non alijs tan-
tum, sed et tibi ipsi in ornando et instruendo amico tuo
jam dudum satisfecisse constitutum habere debes. Equidem
magna esse putas, quæ ad persuadendum proponis: Mihi
autem multò major est antiquitas, uniformitas et Au-
thoritas verbi Divini, cum quâ quicquid consentit, id reve-
reor, amplector: de reliquis nec conscientiam onerare, nec
me participem facere possum illorum, quæ inde in jure
et facto, ut dici solent, fluunt. Patres Ecclesiæ imprimis
veteres Mos et veneror et evolvo diligenter: et ab aliquot
seculis à Christo nato nihil invenio aliud, quam verbo Dei
ad amicum et professioni Evangelicæ congruum. Quò autem
magis à principio sequentes tempore absunt, tanto magis
video sensim influpisse in navim Ecclesiæ: nec tamen defuit
esse Ecclesiæ: sicut nec in populo Judaico, et si utrobique
maxima paulatim invecita est doctrinæ obscuratio. (Cum
autem Deo pro immensâ suâ misericordiâ placuerit hoc
tempore et feres illas abstergere, et lucem verbi instaurare,
isq; ad ejus lucis agnitionem me interno spiritus testimonio
efficaciter vocet: ubi primum de alteris partibus cogito, ti-
morem ejusmodi incutit, in quo ne unum diem quidem vi-
vere possim. Ideò prorsus concludo, mihi Deum meum non
offendendum

offendendum: nec exempla quantumvis magna sed lam-
padem illam coelestem sequendam esse. Illi autem, qui
hanc nobis facem divinitus excitati praeulerant, et adhuc
preferant, sint sane homunciones non modo praesidii
mundi destituti, sed etiam damnati à synagoga. An
propterea praedictum fiet veritati, quae ut est divina, et
à mundo ad Deum nos ducit, ita semper à condito saeculo
plus in Deo praesidii, quam hominibus habuit? Quid quod
homunciones illi tantopere studia veritatis excita-
runt, ut Romanam etiam Theologiam, quae fuit ante
saeculum proximum et circa ejusdem exitum, secum
ipsa hoc tempore conferenti facile appareat, quid utri-
usque scientiae progressus, quae à scopo aberratis, vel ad eum
dem collinatis facta sit et adhuc fiat. Paupertas, mi-
seria, contentus illorum coetuum, qui veritatem
profiterentur, etiam fideorum oculos abstrangebant. Quibus
tu addis dixosa verba illorum, quos Novatores appella-
bas. Ego vero unguis nostros in vulneribus nostris cum
gemitu agnosco: sed propterea ab unitate Ecclesiae, quae
in unitate veritatis constans quoad fundamentum,
sibi se similis perpetuo est, non recedo: potius filium
dei, beneficium illum Samaritanum oro, ut ipse vul-
nera nostra sanet, nec patiatur ob hominum vitia
Creatoris laudem obscurari: sed nos omnes faciat me-
sericordiae vasa ad gloriam suam. Quis ego autem sum,
qui cum deo litigem, quod tanto tempore, tantis tenebris
involvi Ecclesiam passus sit? Quid si totae terrarum incolae
gentiles etiam à politicis subsidii optime instructi,
quales praedicantur Chineses, cum eodem expostulent, qui
plane

planè extra Ecclesie consortium illos esse tam diu finat,
annon id responsi ferunt, quod ad Rom. XI. Divy Pauly dat
popularibz suis? O verè igitur inexhausta profunditas divi-
tiarum Dei! cuius velle et nolle non tantum facit, ut hi
Christiani fiant, illi non sint, sed ut omnes creatura omni-
nò id fiant vel non fiant, quod ipse eos esse vult vel non vult.
Tò modum epistola excedo. Itaqz in quo exorsus sum, in
eodem finio: et cum Hilario lib. 3. de Trinitate dico: Bene
habet, si iis, quæ scripta sunt, contenti sumus. Et cum Da-
masceo lib. i. Orthodox: fidei (ap. 1. Sancta, quæ tradita sunt
per legem, per Prophetas, per Apostolos, per Evangelistas
discipimus, cognoscimus, veneramus: NIHIL ULTRA
illa perquirentes: nec non cum Cyrillo lib. 1. de recta fi-
de ad Reginas. Necessarium nobis est divinas sequi libe-
ras, et in nullo ab earum præscripto recedere. Tò de his
ply satis. Bene vale in Christo Jesu. Neapoli Nemètum
Anno 1584. Idie calend: Januárii...

Quirino Reuterò Suo A. Vudithius S. P.

S. P. Scripsisti tandem aliquando, et desiderio literarum tuarum distu-
antis animi mei sitim mitigasti. Bene tibi esse valde gaudeo, et in
dies et horas, ut sit melius opto et spero. Quæ de institutione Aca-
demie addis, quo me animo accepisse existimas? Meministi, quid
sæpè ominarer, quum in eum sermonem venirem, quod nobis
penè fuit perpetuum, dum mecum fuisti. Amabo te, ne quid posthac
quorqz earum rerum, quæ istis in ea re gerentur, me celes. Non
propterea probo, ut te professioni alicui statim adstringi patiaris:
non sanè idè, quod te locum salutari tuum, cum laude posse dubi-
tem. Inola enim mihi est et doctrina et industria tua: sed quod
peregrinari te aliquorqz mallem, et Lutetiam cum suis Sorbonicis et
Jesuitis perlustrare, et si quæ alia occurrent Academicis doctis